

elegit Patrem Virginem perfectissimum inter omnes homines. Perfectissimam....

LECTIO III.

Ego recipiam vos et ero vobis in Patrem.

Multum, sed multum et supramodum amare Josephum debemus, nam ab illo vocati ad Institutum efformandum, ad facienda vota selecti fuimus, a quo die beato, cum Christo in haereditate sua nos admisit, et ut Pater noster qui est in coelis ipsum vocemus permittit; et vult, ut non solum dulciore nomine ipsum invocemus, sed etiam quod ita filii boni et piissimi simus, ut numquam in infidelium fratrum actionibus partem assumamus. Si ita nos gerimus, in nobis populo suo selecto videbit, et brachia sua amoris plena aperiens, amplectet nos tamquam veros filios, omni veritate nobis dicens: Ego recipiam vos et ero vobis in Patrem et vos eritis mihi in filios. At S. Joseph non solum nobis est tenerrimus pater sed etiam nobis reliquit amantissimam matrem quæ nos in tot ac tantis tribulationibus diligentissime succureret. Et quemadmodum Virgo Maria cum in utero suo immaculato Dei Filium concepit, nos omnes spiritualiter concepit, in filios suos accipiens ita Sanctus Joseph, dum mysterium sanctæ Incarnationis ipsi revelatum fuit etiam se redemptorum Patrem esse credit quoniam ipse una cum Jesu et Maria salvaturus erat omnium hominum genus; et nemo de illo summo Sancti Josephi privilegio voluisse dubitare, Angelus enim ipsi nuntiavit illud, dicens ei: Vocabis nomen ejus Jesum, ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Numquid sapientiorem Josepho invenire potero? Tu eris super domum meam. ¶ Et ad oris tui imperium cunctus populus obediens. Tu eris....

—DIA 12 DE AGOSTO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Pium juxta probabileque apparere Sanctum Joseph montem esse, qui signatim mons domus Domini nuncupatur.—*Egui.*—Mons cui domus Domini nititur Sanctus Joseph cui merito illud dixeris: in te omnis domus inclinata recumbit; ceteri vero montes sunt omnes sancti; Sanctissimus Joseph omnes simul sanctos in sanctitate superat et excedit.—*Egui.*—Sanctissimus Joseph est mons in vertice montium præparatus multis illos omnes parafangiis exsuperat; excedit quoque Josephi sanctitas atque gloria, gloriam sanctitatemque coeterorum, etsi collective accipientur.—*Egui.*—Virgineus Sponsus Joseph omnes sanctos simul et collective sumptos in sanctitate et gratia excedit ac superat.—*Egui.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Quicumque ex nostris sentit impugnationem.* Ab hostibus, a mundo, a carne vel a daemone. ¶ De precemur Josephum et ipse immittet nobis auxilium de sancto. A hostibus....

LECTIO II.

Ego sum Ecclesiæ decus, gloria et firmamentum.

Sanctus Joseph, vi suæ divinæ prædestinationis, prædestinatus fuit ut esset dignissimus Mariæ Spon-

sus et virginalis Jesu Pater, ideoque tamquam Jesu Pater, sine labe originali conceptus; et ex illa die una cum Maria se vocatum a Deo agnovit, et ita unice et singulariter vocatum, ut officia paternalia vices et vicariatum exerceret super omnes futuros christianos, Jesu Christi fratres et spirituales ejus dilectissimæ Sponsæ filios. Cum plenitudo temporum venit, suum potentissimum et providentiale patrocinium super nos et super universalem Ecclesiam, nuntiavit, et paterna auctoritate, ipsum exercuit in terris circiter triginta annis super divinum suum Filium, et occulte etiam exercuit super vagientem Ecclesiam et super christianorum primitias. Similiter et hodie, quoniam venit jam temporum plenitudo a Deo antea et ab æterno determinata super universalem Ecclesiam suum patrocinium exercet, ita ut de semetipso dicat; Ego sum Ecclesiæ decus, gloria et firmamentum. Impii per dæmonium infussi, in toto orbe terrarum nuntiant, portas inferi adversus eam prævalituras, et tunc omnem catholicum Episcopatum nomine suorum fidelium summum efflagitat Pontificem ut Sanctum Joseph, catholicæ Ecclesiæ Patronum universalem, declaret, et Pius IX, felicis recordationis, postulationes suas attendit; Leo XIII, ipsas confirmat, et Sanctus Joseph firmatus fortiter in cordibus omnium manet.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Sanctissima Virgo et beatissimus Joseph dono ejusdem patriæ nobilitate sunt.* Utrique enim contingit provintiæ Galileæ. ¶ Et in ea civitate Nazareth ubi Verbum caro factum est et habitavit in nobis. Utrique....

LECTIO III.

Divinus Joseph Pater et custos noster est.

Magnus noster Pater Dominus Sanctus Joseph, ad summum fastigium honoris evectus universalis Protectoris Ecclesiæ, vocatus est noster potentissimus custos, sicut Ecclesiæ catholicae fideles, et veluti membra Instituti fundati, custoditi et omnino servati medio Sancto Josepho; hac de causa dicere volumus recte: Divinus Joseph Pater et custos noster est. Ecclesia petit, sperat et in illo confidit triumphum super omnes inimicos eam persecuentes. Sed illa firmiter credit, quod cum accepisset thesaurum Jesu Christi doctrinam, a Josepho custodita, in hoc lucetamine impavida procedit. Præterea, sicuti filii Mariæ et Sancti Josephi Instituti, videmus, nos ipso in agro universalis catholicæ Ecclesiæ surgere in temporibus super omnes luctosioribus, et inter longiores terribilioresque persecutiones; et testes sumus, quia sub protectione Josephi et devotione, in Ecclesia Dei vivimus; et vivimus templa et altaria ipsum consecrantes; imagines monumenta et picturas erigentes; invocantes et sub ejus præsidio juventutem submittentes, infirmos et pauperes, nec non omnes cræturas, illa cum tessera: Divinus Joseph Pater et custos noster est.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Joseph et Maria in civitate Nazaret nati sunt. *Et in ea degebant cum Jesu. ¶ Et ibi cognatos suos habebant Joseph et Maria. Et in . . .

—DIA 13 DE AGOSTO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Cum Virgo Deipara unum cor sit et anima una cum Sponso Josepho jure et vinculo matrimonii, negari in omni sensu nequit de Deipara, quod de ejusdem Sponso conceditur.—*Egui*—Sanctitas Josephi omnium sanctorum (excepta Deipara,) etiam simul sumptorum excedit; quia Joseph pertinet ad hypostaticum et omnes sancti ad ordinem gratiae.—*Egui*.—Istorum omnium sanctitas etiam simul sumptorum æquare nequit sanctitatem divi Josephi quæ proinde illam excedit.—*Egui*.—Sanctitas Josephi in sublimiore orbe atque ordine collocata coeterorum justitiam necesse est excedere.—*Egui*.—Erunt igitur in Joseph et Maria perfectiones coeterarum creaturarum etiam angelicarum eminenti quodam modo reperibiles. Et hoc quod late patet ad commendationem utriusque, perspicuum est solerter intuenti campos amplissimos omnium virtutum, donorum et beatitudinum.—*Ger*.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Divinus Joseph est sol, luna et astris illustrior suo lumine.* Nulla sua commutatione. ¶ Et ambit omnia, flammis lustrat, luce vertit, benignitate tegit, atque omni virtute favit. Nulla....

LECTIO II.

Fili mi Jesu! Jesu fili mi!

Absque dubio, dolorum suorum meditatio, et gaudiorum est e multis jucundissima praxis, quae inter

nos observari debet, si sancto Josepho, volumus placere ipsum ita illa honorantes et glorificantes, et coeteros facientes eum honorare et glorificare. Hac de causa, aliqua ejusdem dolorum adjuncta, iis tribus diebus quibus puer Jesus a sua vigilantia subtractus, totidem a sua dilectissima conjugi vixit separatus, cor sum sensibile ita afixerunt, in loco, causa pietatis nostræ augmentationis, scribere volumus. Ut impleretur lex circa Paschatis solemnitatem, Sacra Familia exierat a Jerusalem; festivitatibus completis, via quae duxit in Nazareth capta fuit a sanctis nostris Peregrinis; sed Jesus puer, a parentibus separatus, dum illi de civitate exhibant, remansit in Jerusalem, et non cognoverunt divini ambo Sponsi, nam peregrini, ut mox erat, iter facientes comitibus diversis, mulieres ab hominibus segregatae, Maria quae Jesum non videbat secum, existimavit illum esse cum Josepho, et Joseph eum non videns juxta se, existimavit quoque illum esse cum Maria, pueri enim ancipiter progrediebantur cum mulieribus. Sed, oh Mariae et Joseph dolor! cum juncti fuerunt! Jesum non invenerunt! Quae angustiae in illis tam sensibilibus cordibus! Qui cruciatus in illis tam amantibus cordibus! Et quae anxieties et quae aerumnæ! cum semper tenere eum amaverunt! Fili mi Jesu! Jesu fili mi!

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Civitas Nazareth provinciae Galileae patria est Virginis et Joseph.* Optima terra erat et fructibus satis foecunda. ¶ Et gignebat candidiores homines et sic fuit Joseph inter omnes. Optima....

LECTIO III.

Fili mi Jesu! Jesu fili mi!

Joseph et Maria, statim Jesum quaeſierunt inter cognatos et notos, inter coetus et comitatus, cognatis et amicis ipsum quoque requirentibus; sed fruſtra. Tunc sancti Sponsi, in lacrymas effusis, et ſummo dolore oppreſſi, anguſtias ſuaes et timores inter ſe communicare non audebant, ambo in cordibus accurantes ſibi ipsis quia Jesum perdiſerant, fortasse ex diligentiæ defectu ſeu ex aliqua ſollicitudinibz defec-tione. Quam acerbi gemitus! quales angores illarum amantium animarum! quanta teneritate a cordibus et a labiis ſuis exibat illud: *Fili mi Jesu! Jesu fili mi!* Tandem Virgo Maria ſic incipit loqui: Sponse et Domine mi, cor meum inquietum eſſet ſemper, niſi protinus dilectum filium noſtrum quaerimus. Et ergo regeſſi ſunt in Ieruſalem requirentes eum tri-duo et non inveniebant. Quot amariffimae lacrymae! quot dilectiſſima ſuſpiria! quot veheſtissimæ ja-culatoriæ! Sed in Deo fiducia ſua poſita, non deflec-tunt, ſuis in diligentiis proſequuntur, omnibus locis requirunt et omnes interrogant exclamantes: *Fili mi Jesu! Jesu fili mi!* Oh! revertere, revertere nobiſcum, di-vine Jesu; ſerviemus tibi ex toto corde noſtro, ex tota anima noſtra et totis viribus noſtris, ut in om-nibus voluntatem diuinam facientes, tui erimus cor-redemptores.

Nos haec ſublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Nazareth ſignificat cuſtodiam, floridam et vir-gultam.* Et habebat campos latiſſimos. ¶ Nazareth interpretatur sanctitas, conſecratio, unctio et mun-ditia. Et....

—DIA 14 DE AGOSTO.—

LECTIO I.

EX DOCTORIBUS.

Sanctiſſimae Dei parentis Spōnum, ipsa tantum excepta, coeteros omnes sanctos in iuſtitia excessiſſe, etiam ſimul et collective ſumptos, pie et probabili-ter eſt dicendum — *Suar.* — Deo ſpecialiter diſpo-nente Mariae matrimoriū cum Joseph, concedenda eſt ipsis conjugibus, quanta eſſe citra incommodum poſſit ſimilitudo; et nullum ſublucet inconveniens in eo quod Joseph Mariam imitaretur, tum in eſſe abſque originali, tum in excessu ſanctitatis ſupra om-nes sanctos et angelos ſimul ſumptos, quamvis Maria ha-buat de facto jam ab initio ſui eſſe majorem plen-itudinem gratiæ. — *Jos.* — Sanctus Joseph proximus accessit ad Christum et Mariam, quam omnes sancti collectim ſumpti; ideoque majorem quam omnes ha-buat sanctitatem. — *Egui.* — Certum etiam eſt quod viргeneus Sponsus Sanctiſſimus Joseph omnes sanctos ſimul acceptos in gratia ſuperavit, quia iſte ſin-gulariter ab initio ſui eſſe fuit cum Maria ſine labe originali conceptus. — *Jos.*

Nos haec ſublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Certiſſime et plane conſtat omnem timorem accedendi ad Josephum.* Atque ejus auxilium ſem-per impetrandi. ¶ A fidelium cordibus eſſe prorsus removendum. Ateque....

LECTIO II.

Quæſivi et non inveni quem diligit anima mea.
Tribus diebus Joseph in omnibus locis Ieſum

quaesivit; partim cum sua virginali Sponsa, partim solus imperterritu amore, sed semper oppresus tot fatigationibus et semper inexplicabile dolore captus; sua divina Sponsa in tam magna afflictione solatium afferebat. Vix manducare poterat, et numquam quiete, nam ex Jesu amore magno desiderio desiderabat eum invenire. Jesus triduo per civitatem mendicaverat; Jesus hoc modo, et suo exemplo humillimam mendicitatem quae est natu major paupertatis filia, illustrabat; Jesus nosocomia invisit, pauperes infirmos solavit, cum illis solamina quae acceperat dividebat, occulte multos infirmos sanavit. Interea quidam homo duobus Sponsis ait, puerum querunt quem venisse superiori die ad ostium mendicans; dedit suaves ejus mores et pulchritudinem cor ipsius rapuisse. Et quia multae aliae personae notitias similes dederunt in civitatem tenderuat, fiducia eum inveniendi inter pauperes amicos eorum, non tendentes adhuc in templum ubi eum cum doctribus disputationem invenire debebant.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Fuit valde conveniens, ut Christus Dominus conciperetur et educaretur.* In civitate Nazareth. ¶ In qua Judaei et gentes habitabant, et flos campi nutriretur in flore virtutum. In civitate....

LECTIO III.

Fili quid, fecisti nobis sic?

Die tertio in templum venit Jesus, ipso momento quo Doctores legis convenerant in unum ut quæstionem agitarent super Messiae adventum; non aliud hoc videatur, quoniam novitates et prodigia,

quæ post Joannis nativitatem et magorum adventum ut adorarent regem Judeorum recentem natum, secuta fuerant, hanc inter illos opinionem fecerunt surgere, Messiam jam venisse et occulte inter illos vitam suam agere; Rabini autem concluderunt, Messiam adhuc non venisse, quoniam in gloria et majestate veniendum esset illi. Tunc Jesus qui audentium in illo conventu erat fecit se audire dieens, dubia quædam habere quæ ponere ante consilium volebat; et eum cum vidissent modis valde nobilibus et venustis, voluerunt audire. Audivi ait Jesus, super Messiae adventum vestram controversiam, nec non et conclusionem quam ex illa fecistis, et juxta me non est vera; quia, quamvis adventus sui testimonia vera sunt, illa non sunt unica, quia Messias venire debet. Vestra adducta testimonia de secundo adventu eius loquuntur, quo Messias venturus erit in gloria et majestate judicare vivos et mortuos, et regnum Patris sui stabilire, cuius non erit finis; sed primi adventus testimonia sunt; adventus Jesu ex Virgine nati, in Bethlehem Judani, et qui moriturus est in cruce inter majora tormenta ut omnes homines salvet et redimat. In hoc beati Jesu parentes in templum pervenerunt, et Maria ait illi: Fili, quid fecisti nobis sic?

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Convenit etiam interpretatio civitatis Nazareth.* Deiparae et Josephe revera immaculatis. ¶ Qui sunt candidissimi flores et fragrantissima virginitatis lilia inter quæ pascebatur Jesus. Deiparae et....

—DIA 15 DE AGOSTO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Sanctissimus Joseph ab initio sui esse dignitatem Sponsi Mariae et Jesu parentis obtinuit; ergo ab initio debuit esse absque peccato, quia ex tunc fuit in ordine hypostatico collocatus.—*Jos.*—Inter Mariam et Joseph maxima similitudo constituenda est; ideoque ut ambo essent ab initio absque peccato; quia Deus ita dilexit eum, ut propter hanc dilectionem in hypostaticum collocavit; hac de causa sine originali.—*Jos.*—Non videtur congruum et decens, ut Joseph qui tanta floruit sanctitate, originali macula deturpatus extiterit.—*Jos.*—Plus est habere sanctitatem super omnes creatureas, quam unum gradum gratiae in primo sui instanti; ideoque illum habuit, et fuit revera sine originali ab initio sui esse.—*Jos.*—Deus ipse qui praeservavit Mariam a labo originali, praeservavit etiam et Joseph; et simili etiam donaret privilegio excedendi sanctitate omnes sanctos; quamvis Maria majorem gratiae plenitudinem habuit quam Joseph.—*Jos.*

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Si ad Deum Patrem volueris accedere.* Ad Iesum confidenter fuge. ¶ Quia hunc ut fratrem revera nobis dedit. Ad....

LECTIO II.

—*Ego hodie genui te.*—

Haec magna sunt verba, quae Sanctus Joseph Iesu dicere potuit: Ego hodie genui te; quis cum

DIA 15 DE AGOSTO

785

esset cum Maria desponsatus minime decebat ut Verbi Incarnatio furrat absque Josephi consensu; et cum consensum Patriarcha dedisset, Verbum caro factum est in utero suae divinae et virginalis Sponsae Mariae. Et velut ista, post suum potentissimum fiat, vera Deigenitrix facta fuit, ita Joseph vi sui fiat mysteriosi, factus fuit virginalis Jesu Pater. Sed Sanctus Joseph non solum Jesu Pater est, verum etiam nostri; nam Altissimus eum selectus, non ut princeps esset terrenus, non rex, non hujus mundi imperator, sed ut esset Dei Pater. Tam excellens dignitas est haec, ut super coeteras excelsas et divinas primae Sanctissimae Trinitatis Personae qualitates eminet; quia Pater Dei esse, idem est ac terminum actionis habere filum suum divinum et naturalem, sed aliae qualitates turas tantum ostenduntur. Quis ergo Josephi dignitatem infinitim enarravit, tamquam Jesu Pater? Sequere ergo, Joseph, Jesu dicens: Ego hodie genui te.

Noe haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Nazareth ut custodia congruit nostro immaculato Josepho et ejus officio.* Quia custos fuit Domini sui Jesu. ¶ Et etiam custos fuit suae immaculatae Sponsae Mariae. Quia....

LECTIO III.

—*Filius meus es tu.*—

Certe constat et evidens est, dilectissimum Patrem nostrum Josephum omnibus dignitatem per suam angelis et sanctis omnibus superior existere; in hac Patris veri Filii Dei dignitate, splendidior magni nostri Patriarcæ præconium continetur. Et

Piissima

60

veluti erga Mariam præconium non invenitur optimum nisi illius quo Deigenitrix vocatur, ita nec erga Josephum excogitare non possumus laus major quam apud fidelis ut Jesu Pater cum præbere. Ergo, si Matris Dei tenuerrimum nomen ut efficax habemus ad genuflectendum ante Mariæ pedes, per sua maternalia viscera petentes ut coelum nobis consequetur, ipsi super nos evenient effectus, si apud Josephum tamquam Jesu Pater genuflectantes, divinæ misericordiæ ab eo petimus. Eamus ergo ad Josephum; erga Josephum devotis et fiducialiter convertamur, et ipsum quod Pater est Jesu crebro reminiscentes, utique exaudiet nos. Ah! quam magnus est Joseph! quam excelsus! quæ majora cogitare possunt illecebra ut ipsius simus devoti? Quomodo! cum viscera essent Patris Jesu dilectissimi, ad eum, nec uno tantum instante, possumus accurrere, tanquam ad Jesu Patrem, etiamque ad nostri Patrem? Ah! Josephi solum est duplex dignitas Jesu scilicet Patris et nostri Patris, propter quod sine intermissione ait: Filius meus es tu.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Sicut Jesus est sancta sanctorum, et Maria sanctificatum Deo tabernaculum.* Ita Joseph est sanctissimus, et a Deo perfectissime conservatus. ¶ Quia conceptus fuit sine macula originali.—Ita Joseph....

—DIA 16 DE AGOSTO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Nostro Sanctissimo Josepho ori conceditur ma-

jorem habere sanctitatem quam omnes alias creaturas, non debet negare quod est minus, nempe, esse sine originale; tum quia hæc gratia videtur esse propria de personis ad hypostaticum pertinentibus; tum quia non constat de voluntate Dei volente suum Patrem Joseph esse in peccato originali.—*Jos.*—Privilegium essendi absque macula originali, est privilegium solis parentibus Christi concessum, et ad alium extendere nequit.—*Jos.*—Mihi videtur, dignitatem Sanctissimi Josephi essa in ordine hypostatico; in ordine superiore hacque de causa ejusdem sanctitatem esse majorem; et cum vera impeccabilitate; ergo a fortiori gratiam habuit a primo sui esse instanti, ergo fuit sine labe originali conceptus.—*Jos.*—Incredibile non videtur nostrum divinum Josephum innumeros homines sanctos angelos in gratia et justitia superare; quia ille ut Spensus Mariæ et Pater Jesu pertinet ad ordinem hypostaticum.—*Jos.*

Nos haec sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Opus est mediatore Josepho ad suum Filium Jesum.* Neque alter noster utilior quam Pater noster Joseph. ¶ Quid ad Josephum trepidat humana fragilitas? Nihil austерum in eo, et totus suavis est. Neque....

LECTIO II.

Amor parem, aut invenit aut facit.

Joseph Maria chariora fuit cræature; quemadmodum Joseph et Maria Jesu charissimæ fuerunt cræturae. Ideoque Jesus divinis in suis operationibus, melior quod potuit et quod scivit melior Matrem suam fecit, et ita Maria, melior quod potuit et sci-

vit Josephum fecit: enim amantis est, et quod si amantem sibi similem non invenit, æqualem facere. Et Joseph et Maria ab Æterno juxta quod Jesu Parentibus decebat, facti, unusquisque per mutuum amorem quo se ad invicem diligebant, moti, ad divinam vocationem magis ac magis respondere curavit. Ergo cum Joseph unicus a Deo in mundo electus sit, ut dignus Mariæ fuerat Sponsus, bene affirmare se poterit, quod sicut Jesus consubstantialis Patris sui Æterni est imago, et Maria Jesu Christi Filii sui imago, ita noster Joseph suæ Mariæ Sponsæ perfecta est imago. Itaque cum Maria ad Josephum fuit praesentata tamquam ad dignum suum Sponsum, videbatur seipsum in corde et in mente ipsius conspicere, et tunc per coeli luces sicut erat illustrata, dicebat: hic est homo virgo, qui Deus mihi donare vult, tanquam verus Sponsus, ut ex ambabus virginitatibus, camporum lily, Christus Jesus, germet. Ita, amor aeternus qui sacram Jesu Christi humanitatem praedestinavit, fecit quoque, quod infinitus amor qui invincens monstrabant Maria et Joseph, ipsos fecerat de die in diem perfectiores Jesu imagines.

Nos hæc sublimia, &c.

B Deo gratias.

B Spiritus Sanctus supervenit in te, oh Joseph! et virtus altissimi obumbravit tibi.* Et impleatur in te visio ipsius divinitatis. ¶ Ut revera anima tua tamquam Pater Sancti sanctorum. Et....

LECTIO III.

Speciosus forma præ filiis hominum.

Dominus Sanctus Joseph non solum speciosus fuit inter filios hominum quoad corpus, ut cum Maria

desponsaretur, verum etiam pulcherrimus fuit, et singulariter quidem quoad animam. Joseph fuit apud Mariam, tamquam aptior Sponsus et idoneus statui suo, ætate et conditioni; et tanta cum dignitate, cum amore tanto et prudentia cum tanta apud ipsam apparuit, cum tanta felicitate et activitate exstitit, ut omnes hæc altiore gradu possidebat virtutes. ita ut numquam dignissimus inter Sponsus Mariæ fuit Sponsus, similiter nuspian imitatione dignior exstitit quam Joseph. Ille humilis fuit lignarii faber et stirpe sicut Maria regale; amore plenus, nec non et puritate velut Sponsus et Pater; consilio prudentissimus vicissitudinibus in domesticis; fidelitate prædictus tum in successibus prosperis, tum in casibus infelicibus; diligentia summa motus quotidie panem procurabat quo Sacra Familia ederetur. Præterea ac hæc virtutes quæ velut fulgentissimæ gemmæ divino Josepho esulgebant, et causa pacis et felicitatis erant illius Familiæ; millia milium habebat intrinsicae divitiae, quae Josephum Mariæ similem fecerunt, propter quod bene de eo dicere possumus: Speciosus præ filiis hominum. Hac de causa, dicere quoque fas est, matrimonium Josephi cum Maria, non solum cogitationis et affectus produxit paritatem sed etiam spiritualem divitiam; ergo, si Sponsa ad illam sanctam familiam magna spiritualium donum decebat, Sponsus quidem non ipsæ debuit esse inferior; et ita debuit esse, quoniam Joseph mysterium mirabiliter conectorum coeli et terrae possesor erat.

Nos hæc sublimia, &c.

B Deo gratias.

B Divinus Joseph cum Jesu et Maria nobilitat

Nazareth.* Ita illustres rediderit ambabuss familiis
josephinis. ¶ Qui sunt fideles in exactissima regu-
larum observantia. Ita....

—DIA 17 DE AGOSTO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Credi debet fide divina Jesum fuisse Josepho sub-
ditum, atque Josephum fuisse caput Mariae, quid di-
fici erit animum inducere ut credat omnibus homi-
nibus et angelis in gratia et sanctitate proeire, atque
magis ac magis omnes josephini credamus illi ipse-
met esse revera sine labe originale conceptus?—Jos.
—Sanctissimus Joseph gratiae plenitudinem sancto-
rum omnium a primo instanti sui esse revera habuit;
rationis usu fuisse donatum, atque actus virtutum
charitatis praecipue; et quanta potuit perfectione
semper elicit.—Jos.—Possumus credere ut pius
et probabilem Sanctissimum Josephum semper ope-
ratum fuisse ex tota activitate et motione gratiae et
charitas cum perfectissime in omnibus actibus suis
se excercuit ejusdemque gratiam et charitatem
crevisse secundum proportionem duplam; id est: in
primo actu mille; in secundo duo mille; in tertio,
quator mille; sed Maria habuit in primo instanti
majorem gratiae plenitudinem.—Jos.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Securum enim habes accessum ad Deum ubi
Patrem Josephum habes ante filium suum Jesus.*
Joseph omnibus nostris factus sit. ¶ Copiosissima
charitate debitricem se nobis fuit. Joseph....

LECTIO II.

Faciamus ei adjutorium simile sibi.

Veluti protoparentes nostri Adam scilicet ac Heva
peccati causa fuerunt, ita Joseph et Maria omnium
fuerunt virtutum in Filio suo Jesu causa; sicut Deus,
creato Adamo, postea Hevam creavit quae Adæ fue-
rat similem, ita in mente divina ab Æterno nova
gratiæ Heva ordinata, necessarium fuit ut crearetur
novus Adam qui ei fuerat similis, et quemadmodum
nova Heva Mariæ, tamquam Deigenitrix, plena de-
buit esse gratia, ita novus Adam Joseph similis ei
debut esse, plenus scilicet gratia. Ex quo bene simi-
litudo perfecta Josephi cum Maria recte hauritur,
non tantum relate ad extrinsecas dignitatis, amoris,
prudentiæ, orationis, laboris, fidelitatis et activitatis
dotes, sed etiam ei similis debuit esse, quoad cordis
sui divitias intrinsecas. Preinde, sicut Maria, quia
sine labe originale concepta, omnis gratiarum copia
immensa habebat, quæ ad Christum non fuit signata,
ita originale conceptus, omnis gratiarum habebat
abundantia immensa, quæ per Mariam Mater Dei,
non fuerunt factæ. Certum est, ut circiter quatuor
annorum millia pacificæ hostiæ Deum placarunt, sed
verum sacrificium diciebat; qui tota cum sanctitatæ
quæ est Patris Jesu, non erat, consensum dederat ut
Verbum caro factum fuiset; non erat Maria, quæ
enim suo fiat, Verbum incarnare debebat: et tunc
fuit quando apparuit Deus et Æterno Patri ofertus
a Josepho et Maria.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Quicumque honorificabit Josephum, ille hono-
rificabit eum.* Et ambae familiae josephinae. ¶ Per-

fectissime et libenter honorificabunt eum. Et ambae familiae....

LECTIO III.

—*Ite ad Joseph*—

Nostra Sancta Mater Ecclesia inter calamitates, quae contra illam maleficus spiritus suscitavit, ad Joseph accurrit velut ad singularem suum Protectorem, quia nemo sicut ille qui divinum suum Fundatorem protexit, et tuitus fuit et salvavit, poterit auxilia efficacia commodare in hodiernas necessitates; quia si coeteri sancti, audiunt supplicationes nostras volentes, favore nostro ante Deum invocant, Joseph adhuc auctoritas quae exercuit in terris retinens, non supplicat sed imperat. Hac de causa Joseph cum Maria Patrocinii sui festivitatem habet; hac de causa populi ad eum prae allis in illo potentia efficiora et potentissima protectio agnoscunt; Ecclesia voluit ut ipse suus fuerat Protector; hac de causa tandem Pius Nonus, felicis recordationis, et Leo Decimus Tertius, Patrocinii festivitatem extenderunt, et ut omnes ad Josephum eant volunt. Numquam sicut hodie Ecclesiae status tristior fuit, quia numquam sicut hodie odium sectariorum vidimus, nationum potestatibus consondere; asseclas suas inducens ut subducuntur ad omnes machiavelica sua consilia, aurum judaicum constuctor seu legislator sit actualium legum; causa libertatis adversus Deum blasfemia proferantur, et obscenitates contra sanam moralem, blasphemias impiissimas et pudendas contumelias publice et omnibus in partibus resonare; Ecclesiae Principum defendere se non possint, et Pontificem in carcere sequi, et Christi leges sint conculcatas, et daemonii vexillum omnibus

in locis explicetur. Hac de causa Ecclesiam et nos metipos salvare debemus ad Josephum currentes: Ite ad Joseph.

Nos haec sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Divinus Joseph revera nobilissimus fuit inter omnes homines.* Quia fuit justus mente et dignitate. ¶ Reginae coeli Sponsus et virginis Pater Jesu.— Quia....

—DIA 18 DE AGOSTO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Gloriam seu beatitudinem essentialem Sanctissimi Josephi omnium sanctorum etiam collective summantur, gloriam et beatitudinem essentialem excessisse, plium et probabile videtur.—*Egui*.—Gloria quæ beatissima Virgine Maria appellatur magna, est gloria excedens gloriae omnium sanctorum; et hæc est gloria Sanctissimi Josephi juxta illum Sanctæ Birgitæ quæ solum desiderabat Joseph Dei voluntati obedire, ideo ejus gloria magna est.—*Egui*.—Joseph autem tanti excessus in gloria cœpax plane est, nullumque emergit absurdum in eo illi concedendo.—*Egui*.—Plum unum ac probabile videtur omnes simul sanctos in meritis supernaturalibus Sanctissimum Josephum excessisse.—*Egui*.—Merita divi Josephi dignificata fuerunt, tum a paternitate, tum a gratia habituali, tum a perfectissima intentione secundum totam vim et activitatem omnium auxiliorum illicita.—*Egui*.

Nos haec sublimia, &c.

R. Deo gratias.